



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

Quid votum, eius obligatio & materia cap. 17.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

rem circa quatuor est interrogan-  
dus à confessario, in quibus graui-  
ter peccare contingit. \* Primo de  
pacto quod pepigit curia Dæmo-  
ne. \* Secundo, an aliquem errorem  
habeat contra fidem. \* Tertio, qua-  
le maleficium fecerit, & an in eo  
adhibuerit res, aut verba sacra, &  
crediderit vim illis inesse ad tales  
effectus. Quarto, de damno quod  
fecit in rebus & personis, an fuerit  
mors, vel aliud, restitutione resar-  
ciendum. Maleficium maleficio  
tollere, non modo non licet, sed  
nec petere à maleficovt eo modo  
tollat, tollendum ergo est oratio-  
nibus, Sanctorum inuocatione, &  
aliis id genus operibus pietatis.

*Quid Votum, eius obligatio, at-  
que materia. Cap. 17.*

**V**otum est\* deliberata pro-  
missio, ex voluntatis pro-  
posito, Deo facta. In qua

definitione quatuor continentur:  
\* Primum est deliberatio , quæ  
in usu rationis, quæ satis sit ad  
peccatum mortale , consistit, vñ.  
de puer ante septennium, ebrii  
& inconsideratè sine consensu,  
vel coactè vouentes, non verbē vo-  
uent.\* Secundum, necessarium est  
voluntatis promittendi proposi-  
tum.\* Tertium, promissio, hoc est  
ipsa traditio & obligatio. \* Quar-  
tum, quod talis promissio sit fa-  
ctā Deo immediate , vel mediata  
in sanctis suis : nam si hominibus  
fiat, non dicitur votum. Circa vo-  
tum, materiam quatuor conditiones  
requiruntur. Quod materia sit  
possibilis vouenti & dum voter,  
& cum adimplendum est votum.  
Quod non sit vana , vel indiffe-  
rens ad bonum, & malum. Quod  
sit quid bonum , & ob bonum fi-  
nem , & non ex causa mala.  
Quod sit de meliori bono ,  
quale non est matrimonium, cur-

sit Religioni contrarium. Quando verò votum est de materia alias in præcepto, tenet quidem, sed transgressor duo cōmittit peccata, vel vnum duobus æqui ualēs. Qui autē contra votū validū, vouētem persuadet, semper mortaliter peccat, & in genere, circa voti obligationem intentio vouentis spectāda potius est, quam verba ipsa.

*De Votorum differentiis, & ipsorum relaxatione. Cap. 18.*

**V**otum primo diuiditur in simplex, quod in sola promissione & traditione ex parte vouentis consistit, & in solemne, quod præterea continet acceptationē ex parte Dei cui fit promissio. Differunt vero hæc in quantum.\* Primò quia votum simplex ad plura se extendit, solemne vero non sit nisi de castitate in maiori-

bus ordi-